ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GREGORIUS MAGNUS. PS. MARCILIA. PS. BOTO PRUVENINGENSIS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 97r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



ds in medio uri sicut uos scitis. Hunc definito consilio
p̄scientia di traditū p manus iniquorū affligentes in
teremistis. quē ds suscitauit solutis doloribꝰ inferni.
ut uidelicet crudelitatis sue cognitione destructi edi
ficationē sce p̄dicationis quanto anxie quererent.
tanto utiliter audirent. Unde et ilico responderunt.
Quid ergo faciemus uiri fratres? Quibꝰ mox dicit. agite
penitentiā et baptizet unusquisq; urm. Que edifica
tionis uerba pfecto contēpnerent. nisi prius salubrit
ruinam sue destructionis inuenissent. Hinc ē quod
saulus cum sup eum celitus lux emissa resplenduit.
Non iam quid recte deberet facere sed quid praue fe
cisset. audiuit. Nam cū pstratus requireret dicens.
Quis es dne? Protinus respondet. Ego sum ihc nauharenꝰ
quē tu psequeris. et cū repente subiungeret. Dne qd
me iubes facere. Ilico adiungit. Surgens ingredere
ciuitatē et ibi tibi dicet quid te oporteat facere. Ecce
de celo dns loquens psecutoris sui facta corripuit.
nec tam ilico que eent facienda monstrauit. Ecce
elationis eius fabrica iam tota corruerat. et post
ruinam suā humilis edificari requirebat. Et cū sup
bia destruit. edificationis tam uerba retinent. ut
uidelicet psecutor in manus diu destructus iaceret.
et tanto post in bonis solidius surgeret. quanto prius